PROGRAMM

des

Königlichen Fürstlich Hedwigschen Gymnasiums

zu

NEUSTETTIN

für das Schuljahr von Ostern 1880 bis Ostern 1881.

Veröffentlicht

von dem Direktor des Gymnasiums

Dr. C. Schirlitz.

Inhalt:

1881, Programm Nr. 109.

NEUSTETTIN, 1881.
Druck von R. G. Hertzberg.

DE
SCHOLIIS THEOCRITEIS

SCRIPSIT

P. KOHLMANN.



Valde dolendum est, quod usque ad hunc diem, cum codices paucis exceptis accurate non sint collati, omnium fere scholiorum editionum fundamentum est liber Calliergi: *Σχόλια τὰ εὑρισκόμενα εἰς τὰ Θεοκρίτου εἰδύλλια ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων ἐπιμελῶς εἰς κοινὴν ὠφέλειαν συλλεχθέντα παρὰ Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητός.* qua ille ratione in scholiis constituendis usus sit, quamquam satis perspici non potest, tamen **quod ad varias attinet lectiones**, compluribus locis dubitatio oritur, utrum quas affert lectiones ex scholiis ipsis haustae an ex libris manuscriptis vel excusis additae sint. Ahrensius quidem haud paucas varias lectiones, quae inter lemma et explicationem positae mirum in modum contextum orationis turbant (cf. I, 59. 71. IV, 60. V, 127) quadratis cancellis circumsaepsit, sed tamen, qui nunc est status apparatus critici, haud scio an alieno modo loco has lectiones ex scholiis petitas Calliergus inseruerit. Ex hoc numero eae, quae accuratius explicantur, haud dubie inter genuinas varias lectiones referendae sunt (cf. I, 71); multo autem difficilius de eis iudicari potest, cum sine explicatione afferuntur, velut III, 28, ubi lectionem *οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν* ex Aldina vel Juntina Calliergus hausisse videtur. sed cum haec quaestio ad finem quendam perduci non possit, ut certo nitar fundamento, in variis lectionibus componendis et diiudicandis scholia codicis primarii, Ambrosiani 222, quae Zieglerus anno 1867 edidit, sola respiciam.

Ac primum quidem eas varias lectiones componam, quae et librariorum inscitiae ac neglegentiae et grammaticorum perversae sagacitati ac malae sedulitati debitae ad textum constituendum nihil praesidii afferunt.

I, 56. *Αἰπολικόν. Γράφεται χωρὶς τοῦ π Αἰολικόν· Αἰολίζειν γὰρ τὸ ἀπατᾶν.*

Vocabulum *αἰπολικόν* ex *αἰολικόν* depravatum esse omnes Theocriti interpretes intellexerunt. servarunt plerique lectionem *Αἰολικόν* (nam *αἰολικόν* si recte v. *ἀπατητικόν* explicatur, minime in hunc locum quadrare nemo infitiabitur), quam vocem sequenti vocabulo *Καλυδωνίῳ* fulcire conabantur, sed hoc falsum esse infra docebimus. rectissime Ahrensius (Theocrit. II. p. 472) *αἰολίχον* scribi iubet, cum pars scholiorum interpretationem *αἰόλον τι καὶ ποικίλον θέαμα* habeat, quae sine dubio ad *αἰολίχον* pertinet.

I, 57. *Καλυδωνίῳ. τινὲς δὲ γράφουσι Καλυδνίῳ.*

v. *Καλυδνίῳ*, quod Calydnae insulae prope Coum sitae erant, iam scholiasta improbavit. Ut alteram *Καλυδωνίῳ* lectionem tueatur, quamquam Calydon urbs non ad mare sita fuit, Meinekius (Theocr. [3] p. 187) tamen Heliodorum Aeth. V, 17 docere dicit, Calydonis dicionem ad mare usque pertinuisse et sinum Corinthiacum, quatenus Calydonium litus attingat, appellatum esse *Καλυδώνιον πορθμόν*. recte id quidem, sed sive *Καλυδνίῳ* sive *Καλυδωνίῳ* legimus, mire v. *πορθμεύς* usurpatur, cum qui a Calydone vel a Calydnis insulis in Siciliam navi vehitur, pessimo iure *πορθμεύς* appellatur. est Caulonia oppidum in Bruttio inter Locros Epizephyrios et Scylacaeum situm, ubi Juno magnificentissime colebatur. quod si *Καυλωνίῳ* Ahrensio auctore scribimus, omnia aptissime congruunt, nam nauta, qui a Graecia Magna in Siciliam vehitur, vere portitor appellari potest.

I, 72. *Τινὲς αἰτιῶνται τὸν Θεόκριτον καί φασιν ἐν Σικελίᾳ λέοντας μὴ εἶναι, ἀλλὰ προςτιθεμένη ἡ ἂν συλλαβὴ λύει τὴν αἰτίαν · ἵνα ᾖ · τῆνον ἂν ἔκλαυσεν, εἰ ἐν Σικελίᾳ λέων ἦν.*

Particula *ἄν* a grammatico nimis arguto addita et torta eius explicatio est.

I, 95. *Ἀδεῖα γελάοισα. ἐὰν δὲ γράφεται διὰ τοῦ ι ἡ Διὸς θυγατήρ.*

l. *ἁ δῖα* vesani grammatici commentum esse sequens *καί* particula demonstrat.

I, 118. *Θύβριδος: Δύβρις κατὰ γλῶσσαν ἡ θάλασσα τινὲς δὲ Σικελίας ἔφησαν ποταμὸν Θύμβριδα.*

Inter v. l. *Θύβριδος, Δύβριδος, Θύμβριδος* v. *Θύβριδος* testari videtur Servius ad Verg. Aen. III, 500: circa Syracusas esse Thibrin fossam Theocritus meminit. *Θύμβριδος* vocem tuetur Eustath. ad Dion. 354, *Δύβριδος* Asclepiades Myrleanus scripsit[1]). quae lectio praeferenda sit, etsi dubitari potest, praesertim cum secundum interpretes omnes voces mare vel flumen vel fossam significent, tamen l. *Θύβρις*, de qua Servius et alter optimus codex p [2]) congruunt, praeferenda esse videtur.

II, 59. *Ὑπόμαξον: γράφεται ἀπόμορξον.*

Ἀπόμορξον idem quod glossa *ἀπόμαξον* superscripta significat: „terge, absterge.“ cf. XV, 95: *μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς*. abstergendi verbum huic loco non convenit, illa *φάρμακα* quae coxit Simaetha puellam limini Daphnidis illinere iubet. sufficeret igitur verbum simplex *μάσσω*, bene autem Theocritus composito utitur *ὑπόμαξον*: illinc *φάρμακα* clam Delphide, ne ille quomodo vinciatur comperiat.

II, 60. *Φλιᾶς: γράφεται φιλίας, τουτέστιν ὃ πρὸς φιλίαν καὶ ἄκοντα τὸν Δέλφιν ἑλκύσει.*

v. l. *φιλίας* quae, ut nobis verba tradita sunt, plane perversa est, ex *φλιᾶς* ortam esse apparet, quod vocabulum cum non intellegeretur, in *φιλίας* corruptum est.

IV, 7. *Ἔλαιον. οὐχ ὥς τινες ἀναγιγνώσκουσιν ἐλαιόν, ὡς ἀραιόν, ἵν᾽ ᾖ σημαῖνον τὸ ἀγριέλαιον, ἐξ οὗ ὁ Ὀλυμπιακὸς στέφανος σύγκειται.*

---

[1]) conf. scholion cod. Gen. [b] (Ahrens. II p. 80) *Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς διὰ τοῦ δ γράφει καί φησι· „Δύβρις ἡ κατὰ γλῶσσαν θάλασσα.“*

[2]) Siglis Ahrensii utor.

Cum de subeundo certamine hoc loco agatur, recte omnes editores ἔλαιον servarunt. Mirans enim Battus a Corydone quaerit, quem ad modum factum sit, ut Aegon, qui nunquam palaestrae operam dederit, ad Olympia proficisceretur.

IV, 8. *Κάρτος ἐρίσδεν γρ. κάλλος.*

Non quadrat in hunc locum κάλλος vocabulum, cum Aegon ad certamina athletarum una cum Milone, clarissimo illo athleta, profectus sit. βίη καὶ κάρτος saepissime ab Homero coniunguntur. cf. Od. IV, 415. VI, 197. XIII, 143. XVIII, 139.

IV, 22. *Κακοχράσμων: ἢ ὁ ταῦρος ἢ ὁ δῆμος.*

Battum, qui male Lampriadis precetur, causam irae suae proferre oportet. quare ὁ δῆμος scribendum est.

IV, 57. *Ῥάμνοι καὶ ἀσπάλαθοι: γράφεται καὶ κάκτοι.*

Cum omnes codices v. ῥάμνοι praebeant, in ea acquiescimus. et ῥάμνος et κάκτος εἶδος ἀκάνθης.

V, 25. *Καὶ πῶς ὤ κίναδ' εὖ: γρ. ὢ κιναδεῦ.*

Quod iam Wordsworthius intellexerat, κιναδεῦ scribendum esse κιναδ' εὖ i. e. κίναδος σύ, lemmate scholii plane confirmatur.

V, 109. *Ἐντὶ γὰρ αὖαι: γράφεται καὶ ἄζαι. γράφεται καὶ αὗται.*

Cum his codicis Ambrosiani lectionibus congruunt scholia, quae ab Ahrensio vetustiora appellantur, recentiora praeterea l. ἆβαι praebent. quod ad lectionem ἐντὶ γὰρ αὗαι attinet, quam ὧν ἢ μόναι scholiasta explicat, perversa est neque ullum praebet sensum. sequuntur lectiones αὖαι, ἄζαι, altera vox adiectivum, altera substantivum. quae utrique vocabulo inest „aridi et exsiccati" notio, minime in hunc quadrat locum, nam si vites aridae sint, cur has a locustis defendere velit Comatas, non intellegimus. glossa quidem codicis 5 αὖαι explicat πέπειροι, τουτέστιν ὥριμοι καὶ ὅσον εἰκὸς θερμανθεῖσαι τῷ ἡλίῳ. at ἄμπελος apud Theocritum vitis, non uva est (cf. XI, 6 ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος Ep. IV, 9 βοτρυόπαις ἄμπελος) neque αὖος adhibetur nisi cum notione aridi et sicci (cf. VIII, 48 αἱ βόες αὐότεραι XXI, 7 βρύον αὖον XXIV, 94 αὖον ἄχερδον XXV, 142 σκύλος αὖον λέοντος XXV, 225 ῥόπαλον αὖον XXVII, 11 οὐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται). hoc loco ἆβαι legendum esse testatur Hesychius ἥβη, νεότης, ἀκμὴ — καὶ ἄμπελος, quamquam substantivum mire pro adiectivo usurpatum est.

V, 116. *Ἦ οὐ μέμνασ': γράφεται ἢ ῥὰ μέμνα i. e. μέμνα.*

Quamquam hiatum exempla a Fritzschio (ed. maj. I. p. 175) ex Homero allata defendunt, tamen metrum particulam ῥὰ versui inserere non admittit.

V, 142. *Κἠγὼν γὰρ ἴδ' ὡς. γράφεται κἀγὼ μὲν ἴδ' ὡς.*

Comatas, cum capros hortetur, ut laetentur, in sequenti sententiae parte causam huius laetitiae proferat necesse est, quare γὰρ legendum est. per crasin καί cum ἐγώ semper in κἠγώ (vel κἠγών) coalescit. cf. V, 121 VII, 50. 63. 91 etc.

V, 145. *Κερουχίδες: αἱ κεραφόροι. κερουλκίδες αἱ οὖλα κέρατα ἔχουσαι. κερουλκίδες αἱ ἀπὸ τῶν κεράτων ἑλκόμεναι.*

Displicet v. κερουλίδες quae integra cornua habent; κερουλκίδες falso explicantur αἱ ἀπὸ τῶν κεράτων ἑλκόμεναι, sunt enim quae cornibus trahunt, non quae a cornibus trahuntur. contra vocem κερουχίδες, quamquam neque haec generis feminini forma invenitur neque κεροῦχος cum notione κεραφόρος exstat, praecipue hoc tamen monendum esse dicit Ahrensius (Philol. VII

p. 416), quod dialectus κερῶχος postulet. itaque κερουτίς scripsit, quam vocem comparato Hesychio (κερουτιᾷ · γαυριᾷ) et Aristophane (equit. 1343 ἐκερουτίας exsultabas) „lascivas" explicat. κεροῦχος vero, etiam si κεραφόρος significaret, nimis languide esset dictum.

VI, 9. Ἄδ ἴδε τὰν κύνα: τινὲς χωρὶς τοῦ δέ, ἐκτείνουσι δὲ τὸ ι, ἵν' ἀντωνυμία τυγχάνῃ δεικτική.

Spondeus numerum versus nimis durum reddit, cum celerior rythmus exspectetur, nam celeriter Cyclopem ad Galateam spectare necesse est, si eam mala iacientem videre vult. porro cum Polyphemus eam non curet, animus eius advertendus est ad id quod Galatea facit, quare recte scribitur ἅδ' ἴδε, quae verba continue scripta librarii, cum sensum non perspexissent, in ἁδί δέ, tum quia ι corripi non potest, in ἁδί mutarunt.

VI, 20. Καὶ τάδ' ἀείδεν. γράφεται καλὸν ἀείδειν. ἀείδεν.

Quia verba quae Damoetas cecinit subsequuntur, καὶ τάδ' ἀείδεν scribendum est. varia lectio eo orta est, quod lector quidam formulam illam Homericam margini adscripsit.

VI, 37. Τῶν δέ τ' ὀδόντων. γράφεται δὲ καὶ τοῖς δέ τ' ὀδοῦσι.

Cum Cyclops se in mari tanquam in speculo contempletur eique igitur mare splendorem dentium ostendat, prior lectio servanda est.

VII, 11. Τὸ Βρασίλα: οἱ γὰρ γράφοντες διὰ τοῦ δ ἁμαρτάνουσιν.

Non solum Brasidae, sed etiam Brasilae nomen Meinekius p. 249 reicit contendens, si Brasidas primam producat (cf. Aristoph. Vesp. 472 et Pac. 639) etiam Brasilam producere, ab eodem illud fonte repetendum. at Curtius griech. Etym.[1] II p. 161 Βρασίδας a stirpe βρα (βρά-σσω βρά-ζω sieden), Βρασίδας autem a stirpe βρατ (lat. vert) derivat. itaque causa non est, cur quantitatem primae in Βρασίλας syllabae in suspicionem vocemus.

VII, 18. Ζωστῆρι πλακερῷ: γράφεται πλοκερῷ.

Falso in scholio codicis p πλακερός a πλέκω derivatur, cohaeret cum v. πλάξ significatque „latum" cingulum neque quamquam non nisi hoc loco reperitur, vox recte formata reicienda est. si scribitur πλοκερῷ, materiam, ex qua cingulum plexum est, desideramus.

VII, 73. Τᾶς Ξενέας. γράφεται τᾶς ξανθᾶς.

Si locum accuratius consideramus, elucet nomen mulieris, quam Daphnis peribat, exspectari et hoc nomine nullam aliam significari posse nisi nympham ab illo amatam. nam argumentum fabulae tam paucis verbis hoc loco commemoratum res tantum, quae gravissimae sunt, amplecti potest, infelicem Daphnidis erga nympham amorem. quare reicienda sunt virorum doctorum commenta, qui cum Ξενέας adiectivum esse contenderent, ut C. Fr. Hermann (de Daphnide p. 6), plane novam fingebant fabulam: Puellam, quam frustra Daphnis per montes silvasque quaesivisset, peregrinam h. e. incognitam fuisse et fortuito adspectu oblatam. praeterea recte Meinekius p. 255 monuit, peregrinam si indicare voluisset poeta, non dubitandum esse, quin tritam illam formam ξείνας probavisset. quare acquiescendum est in lectione Ξενέας, quod nomen nymphae a Daphnide amatae esse cum scholiasta[3]) statuimus.

VII, 111. Τετραμμένος. γρ. κεκλιμένος.

Glossa margini adscripta, quam versui inserere metrum non admittit, a librario vel grammatico quodam pro varia lectione habita esse videtur.

---

[3]) cf. scholion I, 65 Ξενέας · ἔστι δὲ ὄνομα Νύμφης.

VII, 125. *Μ ό λ ω ν ἢ Σίμων Ἀράτου ἀντεραστής. δύναται δὲ καὶ μ ο λ ὼ ν μετοχὴ εἶναι ἀντὶ τοῦ ἐπερχόμενος.*

Sibi displicere hoc loco nomen proprium Greverus (zur Würdigung, Erklärung und Kritik Theocrit's p. 65) dicit, sed cum *ἄγχοιο* coniceret rem ad Aratum referens, valde erravit. Aratum, qui puerum perit, Simichidas hortatur, ut una secum a domo tam duri pueri abeat. Simichidas igitur et Aratus usque ad hoc tempus ambo ad portam vigilabant, alter cum altero laborem talis militiae communicabat. nunc Simichidas optat, ut alius veniat et tanto labore defatigatus sibi iugulum frangat. num veri simile est talem mortem cuilibet Simichidam precari? immo homini, qui ipsi est inimicissimus, isque solus sine socio (eum irridens dicit) suspendio vitam finiat. itaque *Μόλων*, de quo omnes codices consentiunt, scribendum est.

VIII, 27. *Κ ύ ω ν ὁ φ ά λ α ρ ν ο ς: γρ. φ ί λ α ρ ν ο ς.*

Φάλαρνος v. calami lapsu ortum grammaticus quidam in *φίλαρνος* mutavit, quod propter praecedentia verba *ποτὶ ταῖς ἐρίφοις* ab hoc loco alienum est.

IX, 6. *Ἓ ν π ο θ' ἕ ν: ἓν πρὸς ἓν ᾠδάριον, τουτέστιν ἀμοιβαδίς. ἢ ἔ μ π ο θ ε ν ἀντὶ τοῦ ποθέν.* (cf. Ziegler schol. p. 66 Anm. 2.)

Prior lectio propter verba sequentia *ἄλλοθε δ' αὖτις ποτικρίνοιτο Μενάλκας* ferri nequit. versus interpolatori deberi videtur, nam licet recte *ἔμποθεν* explicetur *ποθέν*, verba *βουκολιάζεν ἔμποθεν, ἄλλοθε δ' αὖτις ποτικρίνοιτο Μενάλκας* Theocrito indignissima sunt.

XI, 43. *Ὀ ρ ε χ θ ε ῖ ν. γράφεται ἐ ρ ε χ θ ε ῖ ν.*

v. *ὀρεχθεῖν* tuetur Eustathius Hom. p. 1285: *Θεόκριτος δὲ ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν* (*ὀρεχθεῖν*) *τίθησι καθ' ὁμοιότητα τοῦ „ῥοχθεῖ δὲ μέγα κῦμα"*, quae vox calami lapsu in *ἐρεχθεῖν* corrupta est.

XIII, 15. *Α ὐ τ ῷ δ' ε ὖ ἕ λ κ ω ν. ἢ φιλῶς τὸ α ὐ τ ῷ, ἵν' ᾖ τῷ Ἡρακλεῖ.*

Priorem lectionem Fritzschius (ed maj. II. p. 5) explicat: „sibi constans, sui semper similis", imaginem a iumentis sumptam esse sibi paribus et aequaliter incedentibus contendens. at argumentis vel exemplis hunc usum demonstrare supersedebat. viam emendationis scholiasta aperit, qui sensu recte perspecto explicat *ἐπ' εὐδοξίᾳ τῇ ἑαυτοῦ ζῶν*, verbo *ἕλκειν* sine obiecto posito notionem vivendi abesse non curans. v. *αὐτῷ* vel *αὑτῷ* e praecedenti versu errore illatum genuinam vocem loco suo pepulisse mihi quidem persuasum est, quare scribendum puto: *ζωὰν δ' εὖ ἕλκων*, vitam honestissime agens. v. *ἕλκειν* si quem offendat, Alexandrinos non solum verba novasse, sed etiam saepius significatum leviter mutasse admoneo. cf. XXVII, 54 *μίτρα*, XIV, 20 *φωνέω*, alia.

Transeo nunc ad eas varias lectiones, quae aut ipsae rectae et genuinae sunt aut viam quidem emendationis nobis patefaciunt. sunt autem hae:

I, 41. *Κάμνοντί τω καρτερῷ ἐοικώς. γράφεται τ ὸ κ α ρ τ ε ρ ό ν.*

Vitium metricum librarii errore ortum varia lectio corrigit.

I, 50. *Π ά ν τ α δ ό λ ο ν τ ε ύ χ ο ι σ α: γράφεται κ ε ύ θ ο ι σ α.*

v. *τεύχοισα* nihil aliud est nisi explicatio verbi *κεύθοισα*, quae in textum irrepsit, id quod imitatione Tryphiodori 221 firmatur: *ἐπὶ Τρώεσσι δόλον καὶ πήματα κεύθων.*

I, 128. *Φ έ ρ ε υ: οἱ μὲν κατὰ συναλοιφὴν φέρ', εἶτα ε ὐ π ά κ τ ο ι ο · οἱ δὲ ἐκ πλήρους φ έ ρ ε υ.*

Cum verbo *φέρω* non alia nisi adferendi notio sit, Daphnis autem syringa, quam in manibus habet, Pani daturus sit, scribendum est: *φέρευ* accipe. cf. Fritzsche ed. maj. I, p. 95.

II, 85. *Ἐξαλάπαξε: γράφεται ἐξεσάλαξεν.*

Ἐξαλαπάζειν de morbis hominum dici docet usus similis verbi *πέρθειν* (Oed. tyr. 1456 *νόσος μ᾽ ἔπερσε*), at notio verbi *ἐξαλαπάζειν* gravior quam pro hoc loco est, cum morbus Simaetham non perdiderit, sed valde modo mutaverit. itaque cum Ahrensio *ἐξάλλαξεν* scribendum est, quod librarii errore in *ἐξεσάλαξεν* depravatum est.

III, 18. *Τὸ πᾶν λίθος. ἐὰν δὲ γράφεται διὰ τοῦ π λίπος, νοητέον οὕτως....*

Verba *τὸ πᾶν λίθος* ab hoc loco aliena sunt, quia caprarius, qui petat, blandiatur necesse est. cf. Bücheler Rh. M. XV. p. 453. *λίπος* contra idem significat, quod *λιπαρά*, „splendens, pulchra." quod quamquam mire dictum est, tamen fulciri mihi videtur versu 147 id. XV: *χὠνὴρ ὄξος ἅπαν.*

IV, 20. *Πύρριχος: τινὲς παροξυτόνως πυρρίχος.*

Ex similitudine accentus vocis *ὀσσίχον*, in quo omnes codices consentiunt, *πυρρίχος* praeferendum est. quae sequitur explicatio grammatico debetur, qui *Πύρριχος* et *Πυρριχός* non distinxit.

IV, 58. *Μύλλει: ἀντὶ τοῦ φιλεῖ. μυλλὸν δὲ τὸ διεστραμμένον· οἱ γὰρ γέροντες διεστραμμένοις τοῖς ὄμμασι βλέπουσιν. — Ἄλλως. Γράφεται μύλλει, ἤγουν ἐπι . . . αἰσχρῶς.*

Rectum scholiasta si non perspexisse, sensisse tamen videtur, nam v. *μύλλειν* etsi in varia lectione repetit, aliter explicat. duo enim sunt verba *μύλλειν*, cf. Curtius, griech. Etym.[1] I. p. 300 nr. 478:

μυ μύ-ω schliesse (Augen und Mund), *μυ-ά-ω* blinzle (*μοι-μυ-ά-ω, μύλλ-ω, μοι-μύλλ-ω* etc.)

p. 302 nr. 481: *μύλ-η, μύλ-ο-ς* Mühle, *μύλλ-ω* mahle etc.

Battus *μύλλειν* cum notione „nictari" utitur: Num senex etiamnum nictans ad amorem suum spectat. at Corydon obscenum verbi *μύλλειν* sensum respiciens respondet: Eum inveni molentem. propter hanc verbi notionem in versu 61 [schol.: *μάνδρα: γράφεται καὶ ποτὶ τὰν μάκτραν*[4])] lectionem *μάκτρα* praefero, nam lepide Corydon ad molendi verbum alludit, cum dicit: Ad ipsam magida eum inveni molentem. dativum recte Ahrensius accusativo substituit. cf. Rumpel lexic. Theocr. s. v. *πρός*.

V, 22. *Κατείπῃς. γράφεται ἀπείπῃς.*

Lectionem, quam codex k in verbis poetae exhibet, nullius esse ponderis Fritzschius I. p. 161 optimo iure contendit. *κατειπεῖν* enim notionem „aliquid aperte dicere" habet; quo verbo recepto, quid Comatam aperte dicere Lacon velit, nescimus. praeterea *ἔστε* cum coniunctivo apud Theocritum non reperitur nisi cum *κε* coniunctum. cf. I, 6. VI, 32. hac lectione repudiata scribimus *ἀπειπεῖν*, quod verbum Wuestemannus (Theocr. p. 80) falso explicat: „Donec victum te professus fueris", non satis perspicue Ameisius „donec recusaveris victus", at quid? neque vero Fritzschius I, p. 161 rectum perspexisse mihi videtur, qui allegat Soph. Trach. 788 *ἐπεὶ δ᾽ ἀπεῖπε* „cum fessus esset." ego ad locum explicandum verba scholii adhibeo, quae tamen transponendo sananda sunt. traduntur hoc modo: *διακριθήσομαι, ἕως οὗ ἀπαγορεύσεις*

---

[4]) Sic l. *βάκτρα* sine dubio corrigenda est.

νικηθείς. γράφεται ἀπείπῃς· ἢ ἕως ἂν ὁμολογήσῃς, quae ultima vocabula explicationem verbi κατειπεῖν esse nemo negabit. transpositis igitur verbis legendum est: διακριθήσομαι, ἕως οὐ ὁμολογήσεις· γράφεται ἀπείπῃς· ἢ ἕως ἂν ἀπαγορεύσῃς νικηθείς. „Carmine tecum certabo, donec me canere vetueris". quod si ille vetuit, victum se professus est.

V, 65. Ξυλοχίζεται. γρ. ξυλοχίσδεται.

Ex similitudine formarum ποππύσδεν (V, 7) ἐρίσδεν (V, 30) ποτέρισδε (V, 60) l. ξυλοχίσδεται praeferenda est.

V, 93. Φυλάσσει. γράφεται καὶ πεφύκει. Φυλάσσει vocabulum ex id. I, 47 huc illatum esse optime tertia persona demonstrat, cui subiectum deest. l. πεφύκει contra Meinekium Fritzschius I p. 172 allato Od. VII, 127 tuetur.

V, 94. Ὀρομαλίδες. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁμομαλίδες[5]) γράφει.

Quamquam Fritzschius in proecdosi demonstrare studet, poma silvestria dulce sapere, constat tamen, mala quae in montibus crescunt sine hominum cultu, nunquam talia esse, ut iure μελιχραί appellari possint. Asclepiades Myrleanus ὁμομαλίδες scripsit, quae mala dulci sapore fuisse Athenaeus XIV p. 650 D testatur. cf. Ahrens. Phil. VII p. 442.

V, 118. Ὄκα μὰν τεῖδε τὺ δήσας. Γράφεται ὄκα μάν ποκα τίν τοι δήσας.

v. ποκά in verbis poetae librariorum neglegentia omissum esse nemo negabit, nam bene in sensum quadrat nihilque aliud suppleri potest. quod ad verba τίν τοι attinet, τοὶ glossa est v. τίν adscripta, quae in versum irrepsit, desideramusque obiectum verbi ἐκάθηρεν. itaque recepto ποκα in verbis poetae acquiescendum est.

V, 143. Ὡδέ ποκ' ἤδη. γράφεται ὅττι ποκ' ἤδη.

Ahrensius (Phil. VII, p. 445) hoc loco ποκά parum aptum esse contendit, quia Comatam iam antea agnum saepius exspectasse necesse sit; porro forma ὅττι ei suspicionem movit, quia talem consonantis duplicationem Theocritus non nisi in Δωρικωτέροις adhibuisset. quibus de causis, cum k in verbis poetae ὡδέ ποκ' ἤδη praebeat, in his verbis rectum latere sibi persuasit et ὧδ' ὁπόκ' ἤδη scripsit. sed offendit adverbium ὧδε relativae sententiae praepositum, quamquam nullius ponderis est, immo abundat. quod Theocritum ὅττι non nisi in Δωρικωτέροις usum esse dicit, quae nunc est quaestionum de dialecto Theocritea condicio, nondum discernere possumus, quas dialecticas formas in singulis carminibus poeta adhibuerit. l. ὅττι ποκ' ἤδη Meinekius p. 240 versu Polystrati ex Anth. Pall. XII. 91 allato vindicat: Καίεσθε, τρύχεσθε, καταφλέχθητέ ποτ' ἤδη „tandem aliquando." significat rem iam antea fieri debuisse, minime saepius. Comatas igitur hoc loco dicit: Agnum nunc tandem, vix tandem impetravi, quanquam qualis ego sum cantor, paucis versibus cantatis eum mihi addicere debebat Morson.

VI, 11. Τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει: τὴν Γαλάτειαν. ἐὰν δὲ ὡς ἔν τισι ῥαίνει, τὴν κύνα.

Sive φαίνει sive ῥαίνει scribitur, obiectum non Galatea, sed canis est. v. ῥαίνει mihi praeferendum esse videtur, cum alterum quaesitius quam pro hoc loco sit.

---

[5]) Sic lectio codicis ὁμομολίδες cum Ahrensio corrigenda est.

VI, 16. *Γράφεται ταὶ καπυραὶ χαῖται.*

In verbis poetae cod. a pr. *τᾶ καπυρᾶ χαίτα* habet. Verba in versu minus clare fortasse scripta librarius varia lectione correxit.

VI, 29. *Σῖγα δ' ὑλακτεῖ νιν καὶ τᾷ κυνί. τινὲς δὲ ὑλακτεῖν γράφουσιν, ἵν' ἐλλιπὲς ᾖ τὸ ἐπέτρεψεν. οἱ δὲ προστακτικῶς ὑλάκτει. γράφεται σιγας . . . κύων νιν ὑλακτεῖ.*

Zieglerus p. 49 adnotavit: *δ' αὖτε* aut *δεῦτε* post *σιγας* videbatur mihi scriptum esse. num fuerunt, qui legerent: *σιγῆς; δεῦτε κύων, νιν ὑλάκτει.* quod Zieglerus coniecit, perversissimum est neque ullo modo ferri potest, nam quis est, quem Polyphemus tam subito alloquitur? tum *δεῦτε* nunquam non cum plurali coniungitur. verba primae lectionis *σῖγα δ' ὑλακτεῖ νιν καὶ τᾷ κυνὶ* tam corrupta sunt, ut explicari non possint; quae sequuntur, viri docti tueri studuerunt. alteri *ὑλακτεῖν* patronus exstitit Wuestemannus p. 101: „*Σῖγα* tacite, nutu sc., cani significo (*ἐπιτάσσω* quod supplendum est), ut eum allatret. nutu tantum hoc facit Polyphemus, non voce neque sibilo, quia non vult, ut fraudem sentiat puella.“ quam torta haec sit explicatio et quantum absit, ut auctori ipsi placuerit, sequentia eius verba demonstrant: „Dura verbi ellipsis fortasse gestu nutuque explicanda est.“ Desideramus porro exempla, quae Graecum sermonem ab hac ellipsi non abhorrere docent. locum sanare Toupius in animadversionibus in scholia Theocritea (ed. Berol. 1810 II p. 502) conatus est, qui *τὰν κύνα* scripsit, quod *ὑλακτεῖν τὴν κύνα* idem esset atque *ἡ κύων ὑλακτεῖ*, neque exemplis hunc infinitivi usum probavit. falso praeterea v. *σῖγα* et *ὑλακτεῖν* coniunguntur, nam canis, qui latrat, tacere non potest. huius lectionis defensoribus reiectis ad alteram nunc pergamus: *οἱ δὲ προςτακτικῶς ὑλάκτει, ἵν' ᾖ· καὶ τῇ κυνὶ εἶπεν* . . . aliquot verba desunt neque ex eis, quae Zieglerus legit, restitui possunt; hoc autem constat, scholiastam imperativum legisse, quem Kiesslingius (Theocrit. p. 196) defendere studuit: *σῖγα δ'* „*ὑλάκτει νιν*“ *καὶ τᾷ κυνί* i. e. *ἡσύχως τᾷ κυνὶ ἐπιτάσσω· ὑλάκτει νιν.* etiam haec explicatio torta est, cum verba, quae coniungantur necesse est, mirum in modum diremta sint neque sine ellipsi, quae hoc loco ineptissima est, grammatica sententiae structura explicari possit. idem valet de Fritzschii coniectura in proecdosi prolata: *σίττα δ'* „*ὑλακτεῖν νιν*“ *καὶ τᾷ κυνί*: ksch, ksch, belle sie an! so mache ich es zu dem hunde hin! plerosque interpretes in emendatione Ruhnkenii, qui levi quidem mutatione *σίξα δ' ὑλακτεῖν καὶ τᾷ κυνί* scripsit, acquievisse miror. nam contextus orationis hanc locutionem falsam esse demonstrat, cum et in praecedentibus versibus praesenti tempore Polyphemus utatur et sequentia participia *ταῦτα ἐνορῶσα ποεῦντά με* praesens efflagitent. v. *σιγας* vel *σιγα*, in quo omnes interpretes haerebant, mihi ex *σίττα* corruptum eodemque verba scholii *ἠρέμα ὑποψιθυρίζει καὶ τῇ κυνί* spectare videntur. itaque quarta varia lectione *σιγας . . κύων νιν ὑλακτεῖ* adhibita scribo: *σίττα, κύων, νιν ὑλάκτει, ὑλάκτει.* subito Polyphemus orationem suam interrumpit, ut sibilando canem in Galateam, quam ex mari provolantem poeta fingit, immittat, id agens, ut quacunque possit ratione simulatum suum odium ei declaret. de iterato verbo cf. VIII, 69 *σίττα νέμεσθε, νέμεσθε.*

VII, 46. *Ἢ τὸ Ὠρομέδων γράφεται Εὐρυμέδων.*

Multam huic loco operam navarunt viri docti verba *δόμον Ὠρομέδοντος* explicaturi, sed fere omnes nomen hominis, quod, sive *Ὠρομέδων* sive *Εὐρυμέδων* scribitur, tolerari non potest, hunc in locum quadrare sibi persuaserunt. alii Oromedontem montem in insula Co fuisse ab

Oromedonte, rege insulae, appellatum coniecerunt. at si tantus in Co mons fuisset, mirum est eum parum cognitum fuisse. recte vocem scholiasta codicis Gen.[b] explicat *τοῦ ὄρους τοῦ ὑψηλοτάτου, τοῦ τῶν ὀρῶν μέδοντος τῷ ὕψει*, quam explicationem ad *εὐρυμέδων* vocabulum ab Ahrensio restitutum pertinere apparet.[6])

VIII, 74. *Οὐ μὰν οὐδὲ λόγων: ἀλλ' οὐδὲ λόγων αὐτῇ ἀπεκρίθην, οἷον οὐδὲ τὸ τυχόν. δοκεῖ δὲ τὸ ἔπος ἡμαρτῆσθαι ἐνταῦθα· ἔνθεν οἱ μὲν γράφουσιν οὐδὲ λόγον ἀπεκρίθην ἄτοπον, πικρὸν αὐτῇ.*

Quod scholiasta legisse videtur *οὐ μὰν οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο τὸ πικρὸν αὐτῇ*, cum et metro et Graecae linguae legibus adversetur, improbandum est. altera lectio est *λόγον τὸν πικρὸν* ac saepius adiectivum cum articulo substantivo postponitur. cf. I, 63. II, 148. III, 45. quaerimus autem, quod acerbum illud fuerit verbum, quod non respondebat. Verum docere videtur scholiasta codicis p: *τὸ πικρόν· ὅπερ, τὸ μὴ ἀποκριθῆναί με, πικρὸν ἦν αὐτῇ*, quem secutus, etiamsi de singulis verbis dubitari potest, sententiam recte ita expressisse mihi videtur Meinekius p. 479, cum scribit: *οὐ μὰν οὐδ' ὀλέγων ἐκρίθην ἄπο, τῶμπικρον αὐτῇ.*

X, 38. *Βοῦκος· ὄνομα κύριον. παρὰ δὲ Νικάνδρῳ ὁ βουκόλος.*

Etiamsi Fritzschio I p. 335 nomen proprium pro secunda persona poni concedimus, mirum tamen est, quod eadem persona in versu 1 et 55 *Βουκαῖος*, hic *Βοῦκος* nominatur. si vero et *βοῦκος* et *βουκαῖος*, ut scholiastae (Ziegler p. 68, Ahrens II. p. 325) explicant, deminutiva vocis *βουκόλος* sunt, non est cur offendamus.

XI, 21. *Φιαρωτέρα. γράφεται σφριγανωτέρα.*[7])

Φιαρωτέρα cum significet „splendidior" ac color verbis *λευκὰ* et *λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν* satis superque commemoratus sit, scribendum est *σφριγανωτέρα* „tumidior quam uva immatura", qua comparatione Theocritum recte usum esse Hartungius Theocrit. p. 422 demonstrat, qui Nonnum XLVIII, 463 testem citat. cf. Hesychius *σφριγανόν· ἀκμαῖον, δαψιλές, σφοδρόν.* meliusque tumidas papillas cum immaturis quam maturis uvis comparari docet Greverus p. 87, quia maturae rugosae sunt. ad tumidas papillas refero etiam scholiastae interpretationem (Ahrens II, p. 366) *σκληροτέρα ἀώρου σταφυλῆς*, quibus verbis soliditatem papillarum significare vult. Ribbeckius (Rh. M. XVII, p. 565), Ahrensius, Fritzschius, quia sibi persuaserant post verba *μόσχω γαυροτέρα* sequendum esse, quod ad animum Galateae pertineret, variis modis locum tentarunt, sed causas, cur hoc fieri necesse esset, non attulerunt, etsi aptissime fieri posse concedo.

XI, 41. *Ἀμνοφόρως: γράφεται καὶ μαννοφόρους.*

Νέβροι cum hinnuleae, non cervae sint, *ἀμνοφόροι* dici non possunt. v. l. *μαννοφόρους* explicatur: *μάννος ἐστὶν ὁ περιτραχήλιος κόσμος . . . μανιάκια ἔχουσαι, τουτέστι χρυσᾶ περιτραχήλια.* at primum offendit, quod hinnuleas monilibus ornatas educat, id quod recte se haberet, si cyclops diceret: Quas tibi dono monilibus ornatas. tum epitheton desideramus, quod „*κάλλος ἔμφυτον*" hinnulearum, non ornatum quendam significat. cf. Fritzschius I, p. 361. in v.

---

[6]) Aliis quoque locis interpretes nomina propria poetae obtrudere conati sunt, cum contextus orationis non nisi appellativa efflagitet, velut IV, 20 *Πυρρίχος* V, 102 *Φάλαρος* VIII, 86 *Μυτάλην*.

[7]) sic quod codex praebet *σφίγγανεωτερα* corrigendum est.

μαννοφόρους latere μανοφόρους optime perspexit Reiskius, quod non in μηνοφόρους corrigendum est, quia sic, quomodo corruptela orta sit, facile intelligitur. μὰν testatur Herodianus apud Eustathium 287, 41.

Praeter has lectiones, quae ab scholiasta distinctis verbis commemorantur, haud paucae exstant, quae in animadversionibus latentes in lucem viri docti provocaverunt, velut Ahrensius I, 22 Κραναιᾶν, I, 56 αἰολίχον, II, 122 περὶ ζώστρῃσιν ἑλικτάν; Toupius II, 3 καταδήσομαι, XV, 25 εἴπαις κεν; Büchelerus II, 60 νύξ (Rh. M. XV, p. 456), XII, 23 φευστάς, XVI, 95 ἐπ' ἀκρεμόνεσσι XVI, 106 μέλλοιμι (Rh. M. XXX p. 67 seqq.); Hartungius I, 51 ἀκρατισμόν; quibus hae addendae sunt:

In versu 56 primi carminis Ahrensii emendatione αἰολίχον recepta haec leguntur:

αἰολίχον τι θάημα, τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.

Infinitivum vero scholiastam legisse explicatio ab eo allata καταπλῆξαί σου τὴν ψυχὴν demonstrat. itaque cum particulas κε et τε librarii saepissime commutaverint multisque locis, ut vitio, quod exstare sibi persuaserant, metrico succurrerent, particulas ut τὶ versui inseruerint, scribendum est:

αἰολίχον θάημα τέρας τέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.

Sic omnia inter se bene cohaerent et oratio concinnior fit quam si optativum cum κε coniunctum tuemur.

Ad versum 27 tertii carminis, quem sic traditum accepimus

χαἴκα μὴ ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται

non minus tres explicationes in scholiis inveniuntur, quarum duae negationem μὴ non respiciunt: τό γε σὸν μέρος, ἤτοι κατὰ τὸ σὸν θέλημα ἡδὺ τὸ θανεῖν με ἐστί σοι · ἢ ὅτι ὅσον περὶ σοῦ ἡδὺ τὸ θανεῖν ἐστί μοι. contextus quoque orationis similem locutionem efflagitat: „Si me perdidero, tuae quidem res bene se habebunt." quare Graefius, cui plerique editores assensi sunt, χαἴκα δὴ 'ποθάνω scripsit, quamquam hac emendatione probata non apparet, quomodo μὴ in versum irrepserit. itaque χαἴκε μ' ἀποφθείρω scribendum esse iudico, cuius in locum glossa ἀποθάνω, quae supra scriptum fuit, delapsa est. de verbo ἀποφθείρω cf. Eur. suppl. 1106.

VI, 11. Ἅσυχα καχλάζοντα ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.

Scholii verba ἡσύχως κινουμένου τοῦ αἰγιαλοῦ scholiastam genitivum legisse testantur, quo recepto vitiosus quoque hiatus tollitur. cf. Meineke, p. 358.

XV, 38. Τοῦτό κα εἶπας.

v. κα calami lapsu ortum est. cf. scholion: τοῦτο ἀληθὲς εἶπας.

XV, 101. Codex in verbis poetae ἔρυκαν.

Scholion: Ἔρυξ δὲ πόλις Σικελίας ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Βούτου καὶ Ἀφροδίτης. Ἔρυκα igitur reponendum esse existimo, praesertim cum litteram ν temere a librario additam esse accentus demonstret.

XVI, 9. Lemma scholii: ἀληθείαν, quae vox cum ἀντὶ τοῦ ματαίαν ὁδὸν explicetur, in ἀλιθίαν corrigenda est.

Aliis locis emendationes a viris doctis propositae scholiis egregie confirmantur, cf. I, 46 περκναίαις (Briggsius, schol.: περκαζούσαις), VI, 20 ποθορῷμι (Heinsius, schol: ἐν ᾧπερ (ὀφθαλμῷ) νῦν ὁρῶ καὶ εἴη μοι μέχρι τέλους ὁρᾶν) VIII, 51 ὦ καλέ (Sam. Petitus).

Etiam a lemmatis scholiis praefixis, quamquam ut discrepantias, quae parvi momenti sunt, praetermittam, plerisque locis cum verbis poetae congruunt, praesidium textus emendandi petendum esse haec exempla docent: VII, 116 *Οἰκεῦντα* VII, 147 *ἐπτάενες* XI, 42 *ἀφίκευσο* XVII, 121 *μοῦνος δὲ προτέρων* (cf. Bücheler, Rh. M. XXX. p. 61).

Quodsi quaerimus, quid variae lectiones ad illustrandam carminum scholiorumve historiam valeant, partem earum inde ab illo tempore originem duxisse apparet, quo vocabula non distinguebantur, sed continuo ordine litteris maiusculis scribebantur. (cf. I, 128. V, 22, 25, 102. VI, 9. VII, 125. VIII, 86. X, 38.) Viros quoque doctos iam in antiquitate textum, quem traditum acceperant, tentasse testis est scholiasta, qui saepius diversas lectiones ab eis (*οἱ μὲν - οἱ δέ, τινές*) propositas commemorat (cf. I, 128. IV, 20. V, 102. VIII, 86. X, 38. XIII, 15), nonnunquam errores ab eis commissos castigat (cf. I, 57. IV, 7. VII, 11), bis auctores discrepantium lectionum nominat, Nicandrum ad X, 38, Asclepiadem Myrleanum ad V, 99, qui primo ante Christum natum saeculo floruit. cf. Ahrens II, p. XXVII. Mirum autem est, quod v. l. *Δύβρις*, quae in scholiis Calliergi Asclepiadi tribuitur, codex k in verbis poetae praebet. quare dixerit quis, codicem k textum, quem Asclepiades Myrleanus recensuisset, exhibere; sed cum altera, cuius auctor Asclepiades fertur, lectio (V, 79 *ὁμομαλίδες*) in k non reperiatur, veri similius est librarium scholio respecto vocem in versum intulisse. utut est, hoc constat, scholiastam duabus certe recensionibus carminum usum esse, quarum alteram in codice k traditam accepimus, quamquam non desunt exempla, quae scholiastam textum emendatiorem quam huius codicis in manibus habuisse demonstrent (cf. p. 12). alterius recensionis codicem primarium, si non omnes, at gravissimas lectiones, quae ab scholiasta commemorantur, continet, Mediceum nr 37 (p. Ahrensii) esse haec tabula docet.

	Lectiones codicis k.	Variae lectiones ab scholiasta commemoratae, quae in p exstant.
I, 41	*τω χαρτερῶ*	*τῶ χαρτερόν*
56	*αἰπολικόν*	*αἰολικόν* (?)
72	*ἔκλαυσε*	*ἂν ἔκλαυσε*
118	*Δύβριδος*	*Θύβριδος*
V, 22	*κατείπῃς*	*κἀπείπῃς*
25	*κίναδ' εὖ*	*κιναδεῦ*
93	*φυλάσσει*	*πεφύκει*
118	*ὅκα μὰν τεῖδε τὺ*	*ὅκκα μάν ποκα (τεῖνδὲ τὺ)*
143	*ὧδέ ποκ'*	*ὅττι πόκ'*
VI, 9	*ἀδίδε* a pr. *ἆδ' ἴδε* a sec.	*ἀδί*
16	*τᾶ καπυρᾶ χαίτα*	*ταὶ καπυραὶ χαῖται*
20	*καὶ τάδ' ἄειδεν*	*καλὸν ἀείδεν*
29	*σιγᾶ ὑλάκτεῖ καὶ τὰ* a pr. *σῖγά ὑλάκτεῖ* (νιν) *καὶ τᾶ* a sec.	*σιγᾶ ὑλακτεῖν καὶ τᾷ*
VII, 112	*τετραμμένος*	*κεκλιμένος*
125	*Μόλων*	*μόλων* (῀ a sec.)
(XI, 42	*ἀφίκευ τύ*	*ἀμφίκευσο)*
XI, 43	*δρεχθεῖν*	*ἐρεχθεῖν*
(XV, 101	*ἔρυκαν*	*ἐρυκα)*

END OF TITLE